

## Aduertencias para

Poterit Episcopus ex aliqua ratione iusta, si-  
bi factum cognita, prædictas denunciationes  
remittere, & ita fit sepiissime. Cautelat tamen  
omnino [dicit Gutierrez] ne sine aliqua iu-  
sta causa id faciat, etiam si suo arbitrio id sit  
commissum, quandoquidem de arbitrio bo-  
ni viri intelligitur, atque ideo iure, ratione,  
& equitate hac in re uti debeat, & hoc signi-  
ficant verba illa. Nisi Ordinarius ipse expe-  
dire iudicauerit. Alias enim si ad libitum ab-  
solute, & sine causa id facere posset, non es-  
set arbitrium, nec iudicium iuris ratione re-  
gulatum, sed potius libera voluntas, & fru-  
stra diceret concilium, Nisi Ordinarius ipse  
expedire iudicauerit. Præterea non esset bo-  
na prudentia, nec iudicium ratione regula-  
tum remittere absq; villa causa prædictas mo-  
nitiones, cum tamen Concilium prudentiae,  
& iudicio Ordinarij hoc relinquat, significare  
profecto verba hæc, atque aperte insinuant  
ratione uti debere in hoc Ordinarium, alias  
non esset opus eius prudentia, sed tantum li-  
beræ voluntati relinquere sufficeret, causa  
igitur, rationabilis mouere debet Ordinari-  
um, ut hoc faciat, alias peccabit, quanvis  
Matrimonium teneat. Deinde docet & be-

ne